



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**

**[München], 1613**

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolvm Regem directa, in qua continetur de Constantino & PPaulo Ducibus ipsius Apostolici, qui apud præfatum Regem à peruersis hominibus gratis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

*Item exemplar Epistola eiusdem Papa, ad  
Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur de Con-  
stantino & Paulo Ducibus ipsius Apostolici, qui apud prae-  
satum Regem à peruersis hominibus gratis accusati fuerant, po-  
stulans vt vnum ex ipsis scilicet Paulum quem eius ob-  
tutibus presentandum miserat, vt benignè eum  
suscipere dignaretur.*

## LXXXIII.

**O**MNINO excellentissimo filio, nostroq; spiri- SUMM. 6.  
BAR. &  
CENT.  
tali Compatri Carolo, Regi Francorum &  
Langobardorum, atque Patricio Romano-  
rum. Adrianus Papa. Vt reor, dici non potest, quan-  
tum erga vestram à Deo concessam in triumphis po-  
tentiam, atque regalem præcellentiam noster ex inti-  
mo cordis existit amor, & ideo non desinimus nostros  
vestrosque fideles crebrò vestræ commendare amplè  
regali clementiæ: propterea venientes ad nostros Apo-  
stolicos obtutus, scilicet Constantinus & Paulus, Du-  
ces & nostri vestrique, cum nimio mœrore cordis, in-  
timauerunt nobis, quod auditum illis fuisset, se apud  
vestram regalem potentiam à peruersis hominibus  
gratis accusatos, & dum nimis eos fideles erga B. Petri  
Apostolorum principis vestri, nostriq; seruitiū, agno-  
scimus, idcirco vnum ex illis, scilicet Paulum, glorio-  
sum Ducem ad vestram triumphatissimam regale po-  
tentiam gratuito absoluiamus animo. Atq; nimis pe-  
tentibus poscimus vestram à Deo institutam præcellen-  
tiam, vt sicut vester amor nostrum cõplexus est auxili-  
um, ita eum benignè suscipere iubeamini, & familia-  
rem apud vestram regalem potentiam commenda-  
tum habere dignemini.

Memi-

Meminiſſe enim credimus veſtram regalem excellentiam, qualiter in aula fautoris veſtri, B. Petri Apoſtoli, præſatum Conſtantinum atque Romanum nobis commendare dignati eſtis, confirmantes procul dubio, vt noſtri veſtriq; eſſent fideles, quos nempè ſubditos cum omni humilitate fideliter ſervientes vobis nobiſq; reperimus, nunquam in ſua vacillantes fide; ſed proni in veſtro noſtroque ſervitio & amore ſemper manentes, qui dum in omnibus eis veſtras regales accommodaveritis aures; & ipſum præſatum Paulum, glorioſum Ducem, regali tuitione circumvallatum amplectemini, fructū boni operis per eum ſuſcipientes bonitatis effectum ante B. Petri principis Apoſtolorum corpus, diuinam pro vobis, atq; ſpiritali filia noſtra, excellentiſſima Domna Regina, veſtraque nobiliſſima prole, exorare valeamus clementiam, vt longiori æuo, in hoc mundo regni gubernaculo fruentes, in vitam æternam cum ſanctis omnibus ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Item exemplar eiusdem Papa ad Dominum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Veneciis vt de Rauenna ſeu Pentapoli expellerentur, nec non & de Garamanno Duce, qui poſſeſſiones Rauennatis Eccleſiæ violenter inuaſiſſet vel exſpoliaſſet.*

## LXXXIV.

*Summ. f.  
Bar. &  
Cent.*



OMNO excellentiſſimo filio noſtroque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atq; Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Ad aures clementiſſimæ regalis excellentiſſimæ